



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. III. An requiratur aliquis qui baptizatum levet de sacro fonte?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

alter verba proferret, forma esset falsa: Ergo in illo casu non perficeretur Sacramentum. Major patet, Minor etiam videtur manifesta, nam ille qui solum proferret verba, non baptizaret, qui verò solum ablueret, non adhiberet formam, quâ materia consecratur: Ergo &c.

26

Dices primò, hoc inconueniens evitari, si diceretur, *Nos te Baptizamus*, accipiendò propositionem illam complexivè; in hoc enim casu forma non esset falsa, quia sensus esset, Ego & ille te baptizamus, per modum unius conjuncti totaliter Baptismatis, quod verum esset, sicut etsi nullus seorsim possit trahere navim, dici tamen potest, nos trahimus, si plures simul eam trahant.

Sed contra: Ex hoc magis confirmatur nostra conclusio, idè enim hæc secunda propositio est vera, quia verè quilibet trahit navim, saltem partialiter: At verò qui tantum profert verba, non potest dici ablueri partialiter: Ergo dicendo, *Nos te Baptizamus*, falsum assereret.

47

Dices secundò, Ego te baptizo, non est idem, ac ego te lavo, sed idem quod ego tibi Sacramentum conféro: uterque autem in casu posito verè conferret Sacramentum partialiter, quamvis unus tantum ablueret, & alter verba proferret.

Sed contra primò: Sacramentum Baptismi non confertur, nisi per abluionem: Ergo ille non potest dici conferre Sacramentum Baptismi, qui non potest dici ablueri.

Secundò: Verba formæ primò & per se significant actionem sensibilem abluendi, & de illa debent in primis verificari: Ergo nulla responsio. Antecedere constat, nam illa verba, *Ego te baptizo*, significant usum materiæ primò & per se: Sed ille est blatio sensibilis: Ergo primò & per se actionem abluendi significant.

Dices tertio, Illi duo ministri baptizantes possent valè de vni formâ Græcorum: hæc autem non esset falsa, quamvis unus tantum ablueret, & alter verba proferret: Ergo &c.

Sed contra primò: Verus sensus formæ Baptismi non est petendus ex forma Græcorum, sed potius ex forma quâ utitur Romana Ecclesia; neque censenda est illa forma sufficiens, quæ prolata illis verbis quibus Ecclesia Romana utitur, vera esse non potest.

Deinde, quando in forma Græcorum dicitur, *Baptizetur servus Christi*, subintelligitur *A me*, licet non exprimat, ut patet ex alia eorum forma relata à Florentino in Decreto unionis, in qua sic dicitur: *Baptizatur manibus meis N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: Sed hoc esset falsum, si alter ex ministris non ablueret: Ergo etiam forma Græcorum non verificaretur, si plures ita eundem baptizarent, ut unus ablueret, & alter verba proferret.

29

Contra istam conclusionem objicitur primò: Potest contingere quod parvulo moribundo ad sint tantum duo, quorum unus sit mancus, & alter mutus: Ergo tunc erit licitum muto ablueri, & manco proferre verba, ne salus pueri periclitetur.

Respondeo in tali casu mutum illum posse alligare capiti alterius vasculum aquæ, quod ille submitiendo caput versaret supra puerum, proferendo formam. Quod si nullus esset aspergendi modus, nisi manibus, idem sentiendum esset, ac si nullus foret minister legitimus, ut ex verbis D. Thomæ supra relatis manifestè colligitur.

30

Objicitur secundò: In Sacramento Penitentiae & Matrimonij materia adhibetur ab uno, &

forma ab alio: Ergo idem poterit fieri in Sacramento Baptismi.

Sed nego consequentiam & parietem: tantum judicii, in quo oportet reum & judicem distinguere, & confessionem fieri à reo, absolutionem verò à iudice. Matrimonium verò se habet per modum contractus mutue traditionis & acceptationis, quæ non possunt inter unam & eandem personam reperiri.

ARTICULUS III.

An requiratur aliquis qui baptizatum levet de sacro fonte?

Respondeo affirmativè cum S. Thomas art. 7. ubi id probat primò ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, & traditione Apostolica, cujus testis est Dionysius cap. 2. de Ecclesiastica hierarchia dicens, quod sacerdotes assumuntur baptizatum, tradunt eum ad educationem superius duci. Et cap. 7. sic ait: id placuit divinis scriptis tradidit (id est Apostolis) ut traderent parvulum ad doctrinam in divinis pedagogis, & salutaris instructionis. Idem testantur alij SS. Patres, qui scriptores variis nominibus appellant: Iulianus quæ. 56. ad Orthodoxos, vocat eos *parvulum*, id est offerentes: Tertullianus de Baptismo cap. 18. *Sponsos*: Augustinus serm. 21. de temporibus: Hyginus Papa Can. in Cathedra Petri consecrat. dist. 4. *Patrimos*, & Synodus Moguntina can. 47. *Compares*, jubetque illos filios sui spirituales catholicè instruere.

Ratio etiam suffragatur, nam ut dicitur Doctor in eodem articulo: Spiritus regenerationis quæ fit per Baptismum, assimilatur quodammodo generationi carnali, juxta illud 1. Petri 1. *Sicut modo geniti infantes, rationabiles & simplices, lac concupiscite*: Sed in generatione carnali parvulus nuper natus eget nutrice & pedagogo: Ergo similiter in spirituali regeneratione quæ fit per Baptismum, baptizatus indiget susceptore, per quem in fide & vita Christiana instituitur, & informetur.

Admonet tamen S. Thomas in resp. ad a. hoc non esse de necessitate Sacramenti, sed ad ejus solemnitatem pertinere: sicut enim (inquit) in generatione carnali non requiritur ex necessitate nisi pater & mater; sed ad faciliem partum, & educationem pueri convenientem, requiritur obstetrix, & nutrix, & pedagogus. ita in regeneratione spirituali quæ fit per Baptismum, susceptor seu patrinus non est de necessitate Sacramenti: unde licet esset peccatum mortale in Baptismo solemnem illum omittere, ob præceptum & consuetudinem Ecclesiæ, non tamen quando datur in casu necessitatis sine solemnitate.

Si autem quæras, quinam possint esse patrinus in Baptismo?

Respondet D. Thomas hic art. 8. ad 1. & in dist. 42. quæst. 1. art. 3. quæstionem. 1. ad 3. quod non baptizatus non potest levare aliquem de sacro fonte, cum non sit membrum Ecclesiæ; cuius typum gerit in Baptismo suscipiens, quamvis possit baptizare, quia est creatura Dei, cuius typum gerit baptizans. Unde Cathecumenus qui vis fidelis sit, non potest esse susceptor, qui non est baptizatus. Non debent etiam admitti hæretici ad munus susceptoris à sacro fonte, quia

DISPUTATIO III.

De suscipientibus Baptismum.

Ad questionem 68. D. vi. Thomæ.

Cum agens & patiens sint correlativa, recto doctrinæ ordine, postquam D. Thomas egit de ministris Baptismi, disserit de suscipientibus Baptismum, ac de ejus necessitate & obligatione, de quibus etiam in hac disputatione dicemus.

ARTICULUS PRIMUS.

An Baptismus sit omnibus ad salutem necessarius?

§. I.

Quibusdam premis referuntur sententia.

Notandum primò, ad finem supernaturalem consequendum duobus modis solere aliquid dici necessarium, nimirum necessitate mediæ, & necessitate præcepti: necessarium necessitate mediæ est illud sine quo finis nullo modo potest obtineri, siue culpabiliter, siue inculpabiliter omitatur: quo pacto auxilium divinum potest dici necessarium necessitate mediæ ad actum amoris eliciendum, quia si homo, etiam sine sua culpa, illo privetur, actum illum non eliciet. Illud verò dicitur necessarium necessitate præcepti, de quo extat præceptum, sine eo tamen potest finis obtineri, si nimirum inculpabiliter & ex legitima causa omitatur: hoc modo auditio missæ dicitur necessaria tantum necessitate præcepti, ad obtinendam gratiam & salutem, quia licet omittebat missam culpabiliter, non consequatur gratiam, illa tamen non privaretur, si legitimum adesset impedimentum ad illam non audiendam.

Notandum secundo, quod quando inquirimus, an Baptismus sit omnibus ad salutem necessarius? hoc intelligi debet, secluso privilegio, & martyrio, quia certum est, Deum posse speciali privilegio aliquem in utero matris sanctificare, & à peccato originali mundare, sine Sacramento baptismi, ut constat de Jeremia, & Joanne Baptista. Patet etiam ex dictis disp. 1. art. 7. martyrium posse supplere vicem baptismi, tam in parvulis, quam in adultis, & ex opere operato illos justificare. His positis.

Circa propositam difficultatem, seu baptismi necessitatem, in primis est antiquus error Pelagianorum, qui cum existimarent nullum esse peccatum originale, consequenter etiam asseriebant baptismum ad salutem obtinendam nullatenus esse necessarium, & parvulos omnes tam fidelium quam infidelium habituros sine baptismi vitam æternam, circa quodvis privilegium. Sed hic error jam pridem ab Ecclesia damnatus est, fuscque à nobis confutatus in Tractatu de peccatis disp. 7. art. 1. ubi peccati originalis existentiam ostendimus, & præcipua Pelagii & Juliani argumenta diluimus.

Deinde est alius error Calvinistarum, qui eò quod legantur apud Apostolum 1. ad Corint. 7. filios fidelium vocari sanctos, docent nulli eorum im-

S putari

quia hæc ceremonia instituta est ab Ecclesia, ut A
baptizatus in fide Catholica instruat; hæreticus autem à via veritatis aberrans, non ritè instrueret infantem; quare est contra Ecclesiæ consuetudinem, susceptorem designare hæreticum, non instructorem, sed corruptorem. Unde si commodè patrini Catholicus in terris hæreticorum haberi nequeat, tenetur Parochus baptizare infantem absque ullo patrino, quia ceremoniæ Baptismi sunt omittenda, quando nequeunt debito modo & ritè adhiberi. Item parentes pueri baptizandi, non possunt esse ejus susceptores seu patrini, ut dicitur cap. *Pervenit*, & cap. *Dictum* 1. 30. quæst. 1. & docet S. Thomas hic art. 8. B
ad 2. optimamque congruentiam asserit, cum enim generatio spiritualis, alia sit à carnali, alios debet habere parentes seu auctores. Demum Abbates, & Monachi, non possunt esse patrini in Baptismo, ut patet ex cap. *Non licet*, de consecrat. dist. 4. ubi sic dicitur: *Non licet Abbati vel Monacho, de Baptismo suscipere filios, nec commatres habere.* Et in cap. *Placuit* 16. quæst. 1. inter alia prohibetur Monachis, ne filios de Baptismo suscipiant. Item S. Gregorius Papa libro 4. Epist. 40. prohibet sub præcepto, *Monachos filii commatres facere.* Quam prohibitionem extendi ad Religiosos omnes etiam mendicantes, constat ex communi Doctorum sententia, & ex Rituali Pauli V. titulo de *Patrino*, ubi dicitur: *Ad hoc munus admitti non debent Monachi, vel sanctimonialis, vel alii cuiusvis Ordinis Regulares, à seculari segregati.*

Quoad numerum verò susceptorum, variæ fuerunt diversorum temporum consuetudines, nam olim unus solum admittebatur ad quemlibet baptismum suscipiendum, sic enim statutum fuerat ab Hygino Papa, ut habetur Can. *In Catechismo* de consecrat. dist. 4. postea verò admissi sunt plures, ut colligitur ex cap. *Quis*, de cognitione spirituali, in sexto. Concilium verò Tridentinum sess. 24. de reformat. Matrimonii cap. 2. D
statuit ut unus tantum siue vir siue mulier, vel ad summum unus & una, baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos ac baptismum ipsum & illius patrini & matrem, nec non baptizantem & baptizatum, baptizantique patrem ac matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur. Ex quo rectè colligunt aliqui, duos viros, etiam solos, aut duas mulieres, etiam solas, non posse esse susceptores. Alii inferunt, quod si pater suscipiat proprium filium, contrahit cognitionem spirituales cum propria uxore, unde non potest ab ea petere debitum, nisi obtenta dispensatione. Hoc tamen negat Suarez, existimans de facto peccare quidem parentes, si proprios filios de sacro fonte suscipiant, non contrahere tamen impedimentum petendi & reddendi debitum: quia licet per jus antiquum hæc pœna fuisset taxata, huic tamen juri derogatur formaliter per contrariam constitutionem Alexandri III. quæ habetur cap. *Si vir* de cognitione spirituali, his verbis: *Idem nobis videtur, quod si ex ignorantia siue ex malitia id fecerint (id est proprium filium de sacro fonte susceperint) non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci: quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur; si ex malitia, eis fraus non debet patrocinari, nec dolus.*